



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 71. Diploma pro stabiliendo Cardinalium numero, ac prærogativis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

scopali sede ornabat, eique Abbatiam sanctæ Mariæ de Monte Ordinis sancti Benedicti in Asculana Dioceſi attribuebat: insuper etiam pro Episcopi, & Capituli ibidem stabiliti ſuſtentatione ex aliis prædiis reditus aſignabat: præterea per aliud diploma die vigefimo ſexto Novembriſ editum oppidum ſancti Severini in Marchia Anconitana ad Epifcopalis urbis prærogativam erexit, atque Eccleſiam Collegiatam Cathedrali dignitate inſignivit, ſimulque Tolentinam urbem in eadem Marchia Anconitana ſitam ad Epifcopatum extulit, atque edito diplomate die decima Decembris illius Epifcopum Firmi ſuſfraganeum conſtituit, ita, ut tam hic, quam Maceratanus Epifcopatus deinceps ab uno ſolo, eodemque Epifcopo regeretur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

§. LXXI.

Diploma pro ſtabiliendo Cardinalium numero, ac prærogativis.

Die tertia Decembris idem Pontifex *Bull. Conſt.*
 aliam edidit Constitutionem, cui ^{50.} p. 658.
 triginta ſeptem Cardinales ſubſcripſe-
 rant, præcipue vero ea, quæ in illa
 continentur, iſpos etiam Purpuratos
 ſpectant, ubi inter alia Pontifex ita ef-
 fatur: „*Sicut in Cathedra iſius Petri ſuc-
 ceſſor, & verus Chriſti Vicarius Roma-*

*Spond. n. 5.
 Ciac. p. 128.*

Bb 5

,nur

Sæcul. XVI. „nus Pontifex divina præordinatione, ejus
 A.C. 1586. „dem Supremæ Apostolicæ dignitatis fassi-
 „gium, & locum in terris tenet, ita etiam
 „sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale
 „repræsentantes Personas sanctorum Apo-
 „stolorum, dum Christo Salvatori, Re-
 „gnum Dei prædicanti, atque humanae so-
 „luti mysterium operanti ministrarent, i-
 „„dem Pontifici in executione sacerdotali
 „officii, & in dirigenda ipsa Ecclesia Ca-
 „tholica, cui præest, Consiliarii, & Coad-
 „jutores assidunt, ut simul cum ipso pro ani-
 „marum salute, pro fide, pro justitia, pro
 „unitate assidue invigilent, ac laborent,
 „cumque ipsi veri cardines sint, & clarissi-
 „ma Ecclesiæ lumina, templi Dei basi,
 „firmamenta, & columnæ christianæ re-
 „publicæ, atque ex eorum corpore, numero,
 „& collegio ille ipse, qui cunctis Pastori-
 „bus est præficiendus, ac totius dominici
 „gregis curam habiturus, summus Ponti-
 „fex tanquam Ecclesiæ militantis caput di-
 „ligatur, iidemque illum suis suffragiis
 „creent, eapropter ex illis Cardinalibus
 „numero septuaginta eligendi sunt, qui
 „doctrina, & sanctitate ceteris præcel-
 „lant, ut veteris Synagogæ figura sanctorum
 „& Apostolice Ecclesiæ veritati respon-
 „deat, sequi cupientes mandatum Domini
 „factum ad Moysen, de congregandis se-
 „ptuaginta viris de Senibus Israel, quos
 „nasset Senes populi esse, & Magistros, ut
 „secum

, ejus
, fassi
, etiam
dinale
, Apo
, Re
, iue
, it, a
dotass
ia Ca
Coaf
o ani
, pro
, pre
, ariss
, bajar
e re
nero,
flori
nici
onti
at de
ragiu
ibus
qui
ecel
ide,
pon
mini
se
quos
ut
cum
,, secum onus populi sustentarent, & non Sæcul. XVI.
,, ipse solus gravaretur, super quos ad ostium A C 1586.
,, tabernaculū duc̄tos loquente Domino Spi
,, ritus requievit, tunc de pio dictorum Fra
,, trum nostrorum consilio, perpetuo statui
,, mus, & ordinamus, ut in posterum con
,, numeratis omnibus cuiusque Ordinis Epi
,, scopis, Presbyteris, & Diaconis Cardina
,, libus, qui nunc sunt, quique in futurum
,, creabuntur, cuncti simul numerum septua
,, ginta nullo unquam tempore excedant.
,, Insuper statuimus, ut ex prædicto nu
,, mero Cardinalium Diaconi quatuorde
,, cim, reliqui omnes præter sex Episcopos
,, Presbyteri sint, & esse debeant, neque
,, posthac quispiam in Diaconum Cardinalem
,, assumi possit, nisi saltem in vigesimo secun
,, do suæ ætatis anno fuerit constitutus, ita
,, ut omnino intra annum ad sacrum Diaco
,, natus Ordinem valeat, & debeat promo
,, veri. ,,

, Inter hos septuaginta Cardinales, præ
,, ter egregios utriusque Juris, aut decre
,, torum Doctores, non desint aliquot insi
,, gnes viri in sacra Theologia Magistri præ
,, fertim ex Regularibus, & Mendicantium
,, Ordinibus assumendi, saltem quatuor.,,

, Præterea perpetuo sancimus tempus
,, creandorum Cardinalium, seu promotio
,, nis ad Cardinalatus honorem faciendæ,
,, mense Decembri duntaxat in ipsis temporis
,, bus

Secul. XVI., „bus, seu diebus Jejuniorum, & non alii
A.C. 1586. „esse debere.“

„Ad hæc qui Cardinales creandi erunt,
„legitimis, & honestis sint exorti natalibus,
„neque ulla prorsus labe, aut illegitimorum
„natalium suspicione quovis modo laborent,
„sed omni macula, & impuritate careant,
„alioquin ad tam eminentem dignitatis gra-
„dum penitus inhabiles, & illius in capaci-
„tate, & esse censeantur, imo et si postea
„per subsequens matrimonium, etiam rite,
„& solemniter in facie Ecclesiæ contractum,
„vel alias legitimatos, & quomodolibet ha-
„bilitatos, & natalibus restitutos, ac quo-
„rumvis bonorum capaces effectos, etiam
„cum eis, ut hanc ipsam dignitatem obtin-
„nere valeant, super defectu natalium fuerit
„expresse, & in specie auctoritate Apostoli
„ca quomodolibet dispensatum, nihilominus
„prædictæ Cardinalatus dignitatis prorsus
„incapaces, & ad eam obtainendam perpe-
„tuo inhabiles decernimus, ac declaramus.“

„Similiter interdicimus, ne illo un-
„quam tempore assumatur aliquis post hac in
„eiusdem sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardi-
„nalem, qui frater ex utroque, vel alteri-
„tro parente germanus existat alterius Car-
„dinalis viventis, ita ut eodem tempore duo
„fratres germani in eodem Collegio nulli-
„tenus esse possint: quinimo idem decretum
„extendentes, & ampliantes, prohibemus
„quoque, ne patruele, vel amitino, aut
„con-

„consobrino Cardinale vivente, alter ejus Sæcul. XVI.
„patruelis, vel amitus, aut consobrinus A.C. 1586.

„ad Cardinalatum valeat promoveri: sed
„& pari ratione sancimus, ne Patruo, aut
„avunculo Cardinali vivente, ejus ex fratre,
„vel sorore nepos, nec rursus nepote ex
„fratre, vel sorore Cardinali existente, il-
„lius Patruus, aut avunculus, nec ullus
„denique alius, qui primo, aut secundo tan-
„tum consanquinitatis gradu alicui Cardina-
„li viventi conjunctus sit, quamdiu is vixe-
„rit, in Cardinalem assumi possit.,,

„Insuper prohibemus, ne ii,
„quos propter defectus, vitia, aut impedi-
„menta quæcunque ad sacros Ordines secun-
„dum canonicas sanctiones promoveri fas
„non est, etiamsi cum ipsis dicta auctoritate
„Apostolica fuerit dispensatum, neve alicu-
„jus criminis, aut infamiae nota respersi,
„in Cardinales ullo unquam tempore assu-
„mantur.,,

„Vetamus etiam, ne quis ullatenus ad
„Cardinalatus honorem assumi queat, nisi
„qui antea clericali charactere insignitus, &
„in quatuor minoribus Ordinibus constitu-
„tus, per annum saltē habitum, & ton-
„suram gestaverit clericalem.,,

Statuimus denique, ne quis in posterum
a Romana Curia absens Cardinalis creetur,
aut pronuntietur, nisi hac adjecta condi-
ctione, ut intra annum in Romanam Cu-
riam venire, & Apostolorum limina visi-
tare

Sæcul. XVI. tare teneatur, ac desuper juret, si ver
A.C. 1586. forte jurare renuerit, aut intra annum
 non comparuerit, Cardinalatus dignitati,
 omnibusque suis juribus privetur. Verum
 cum hæc Constitutio nimis severa vi-
 deretur, Successores Pontifices illam
 nonnisi quoad numerum, & natalium
 puritatem in usum deduxerunt.

§. LXXII.

*Sedis Apostolicæ Nuntius ad Helv-
 tios a Sixto V. decretus.*

*Leti vie de
 Sixte V.
 tom. 2. lib. 7.
 Thu. l. 84.* Postquam Sixtus V. a pluribus Orato-
 ribus, quos Pagi Catholici ad eum
 ablegabant, funestum Religionis Ca-
 tholicæ statum inter Helvetios compe-
 rerat, mox eo tanquam Sedis Apo-
 stolicæ Nuntium decernebat Joannem Ba-
 ptistam Sanctorium Tricaricensem in
 Neapolis regno Episcopum, qui hoc
 anno Christi millesimo quingentesimo
 octogesimo sexto ferventibus maximis
 caloribus æstivis Roma proficiscebatur,
 atque ad Helvetios perveniens cuncta
 fus, deque versa reperiebat: quapropter
 Catholicorum Pagis significabat, quod
 nil ardentius optaret, nisi ut omnium
 Ordinum comitia haberent: insuper il-
 los rogabat, ut maximo, quo possent
 numero, suos Delegatos eo mitterent:
 igitur die quinta Octobris hisce comitiis
 initium datur, ubi Nuntius, postquam
 omnibus